



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

74. Appellatione diœcesis quænam comprehendantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO LXXIV.

Appellatione diœcesis quœnam comprehendantur.

PAucis distinguendum, an diœcesis fiat mentio in materia favorabili aut odiosa, si in favorabili comprehendatur civitas, si verò in materia odiosa, qualis est hæc exemptionum, minimè quam materiam Petrus Andreas Gammatus ad cap. unicuique num. 106. & segg. de rer. permut. in 6. vol. tract. 15. fufius persequitur adde DD. cap. Rodolphus de rescript. Abb. cap. cum cõtingat, n. 2. cum Apost. de foro cõpet. Cõpost. d. ca. Rodolphus An autè monasterium cõprehendatur, si v. g. Pontifex mandat Episcopo alicui ut provideat de beneficio suæ diœcesis, resolvitur apud Compostellam in c. Abbatem cogi verb. diœcesis de rescr. Cum distinctione an monasterium cum Ecclesiis sit exemptum, an non; item an Episcopi iurisdictioni excusetur, an non, apud quem vide, satis enim est digito illum ostendisse,

QVÆSTIO LXXV.

Usurpantes iurisdictionem in exemptis, an incidant in aliquas censuras

SUMMARIUM.

- | | |
|--------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Incidunt in censuras. | ni quali acunq, obrudantur privilegia. |
| 2. Nisi ignorantia excuset. | 6. Iudices Gallie an iudicare possint clericos super delatione armorum |
| 3. Advocati usurpantium an incidant in censuras. | 7. Patientes se trahi in ius coram alio quâ Pontificio, an incidant in Bullam Cœna Domini. |
| 4. Verbi præsumserit, energia. | |
| 5. Nemo eximitur à Bulla Cœna Domini. | |

Incidere in censuras Bullæ Domini apparet ex illius textu excom. 20. in hæc verba: Vel jura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia dictæ Ecclesiæ Rom. mediâ, tẽ vel immediatè subjecta, necnon supremam iurisdictionem in illis nobis & eidem Ro. Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere & vexare varijs modis præsumunt, necnon adherentes favores, defensores eorum, seu illis auxilium consilium vel favorem quomodolibet præstantes. Diximus autem hæc tenus frequentè exemptos esse speciales filios Ecclesiæ Rom. li. 1. q. 1. n. 17. ac illius iurisdictioni specialiter esse subjectos atq; reservatos dixi lib. 2. q. 5. n. 12. Quod non modo verum est, si temporalia jura Ecclesiæ Rom. usurpentur, sed etiam si quæcunque spiritualia, quemadmodum fufius apud Gregorium Sayrũ traditum est in Thesaurò Theologiæ moralis